



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Baptismvs V. quoad ritum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

BAPTISMVS V.

Quod ad ritum.

A **EXORCISMVS**, Catechismus, oleum & Echrifma, & alia quæ exercentur & fiunt in baptismo solemnî, nō sunt necessitate Sacramenti, sed præcepti. Vnde peccat presbyter, qui extra necessitatem baptizat sine exorcismo & alia solemnitate debita, vel cum illis extra Ecclesiam, præterquam principum filios. cap. 22. num. 7. ad baptizandū autem sine solemnitate non est sufficiens necessitas, recens natiuitas pueri. Nam grauitè peccaret qui hoc peteret à ministro. ibid.

B Ex actu Catechismi & exorcismi Baptismalis oritur alia cognatio Spiritualis minor quàm illa, quæ ex Baptismo, quæ impedit & non dirimit matrimonium. num. 40. vide etiam tit. Matrimonium. X. §. V. I. lit. D. E.

Clericus ante presbyterium solēniter baptizans est irregularis. cap. 22. num. 7.

C Peccat mortaliter, qui vngit baptizatum Chrismate, aut oleo præcedentis anni sine necessitate. cap. 22. n. 7. §. 8. & c. 25. n. 75. Cum verò sacerdos vngit baptizatū, non in fronte sed in vertice capitis vngere debet Chrismate. cap. 22. num. 8.

BEA